



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 27. Circa Corporales pœnas hæreticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

80 Theologiae Moralis. Liber XLVII.

donetur, & sui iuris efficiatur. Quia hoc pertinet ad Catholicæ Religionis augmentum. Et quia Catechumenus in deuotione, ac fide Ecclesie perseverans membrum Christi Domini efficitur, *cap. Veniens, de presbytero non baptizato*. Debet ergo Christianorum privilegiis potiri. Demum monuerim, acquisita à seruo Christicola semel libertate, nunquam ad seruitutem pristinam redire: etiamsi eorum domini ad fidem reuertantur, & omnia illis restituantur bona, iuxta *cap. Urgentes, de hereticis*. Quia libertas quocumque modo data, non reuocatur, *lege prima, & secunda. Codice Si aduers. libertatem. Pegna supra, Sanchez numero duodecimo. Simanc. de Cathol. institut. titulo 61. numero nono.*

DVBIVM CXXXI.

An requiratur sententia declaratoria criminis, ut debitores excusentur à solutione debiti hereticis præstanda?

⁵⁶⁹ *P*œna alia hereticorum est amissio cuiuslibet iuris, & obligationis etiam iuramento vallata. *Cap. Absolutos, de hereticis*. Communiter Canonistæ extendunt locum illum ad omnia debita, & ad quacumque obligationes, ut videre est in Glossa ibi. Abbate, numero primo, & aliis pluribus citatis à Farinacio de heresi, qu. 189. num. 57. Dubium solum est, num requiratur sententia declaratoria criminis, ut à solutione præstanda hereticis debitores excusentur?

⁵⁷⁰ *N*on requiritur, sed sufficit, si hæresis manifesta sit ex facto, vel ex testium depositione, etiamsi per sententiam nota non sit. Quia textus in *Cap. Absolutos*, solum expositulat, esse hæresim manifestam: & verbum *Absolutos*, indicat sententiam latam. Et quia à die commissi criminis amittunt heretici suorum bonorum dominium, & consequenter iurium, & obligationum, & fisco est applicandum: Ergo fisco est debitum soluendum utpote domino succedenti in actione, ac iure, quod delinquens habebat. Sic Syluester. *verb. Hereticus*, §. 1. numero 14. Azorius *parte secunda, libro octauo, capite 13. questione prima. Pegna parte tertia, Director. comment. 168. vers. Postremo. Farinacio de heresi, questione nona, Paragrapho tertio, numero sexagesimo octauo*. Videtur autem manifestam hæresim vocari eam, quæ exteriorem prodit in actum: quia cognita debitores, & vasalli ab omni obligatione dominis hereticis facta sunt exempti.

⁵⁷¹ *S*ententia criminis. Quia fisco ante sententiam saltem declaratoriam criminis bona hereticorum occupare non potest, ut deciditur in *Cap. Cum secundum leges, de heret. in 6. ibi: Sententia fuerit pronunciata*. Si autem debitores hereticis non deberent soluere, sed fisco, iam fisco ante sententiam bona hereticorum occuparet. Ita Bursat. *lib. 1. conf. 14. à numer. 18. Azorius supra, quest. 2. Palao tractat. 4. de fide, disp. 5. punct. 26. numero 20.*

⁵⁷² *C*rediderim, probabilius esse, posse, & debere debitores heretico soluere debita, & obsequia. *Idem assertum & obsequia* quia alia debita præstare, dum per sententiam eius crimen declaratum non est. Nam hereticus post crimen commissum, interim dum sententia declaratoria non succedit, non priuatur possessione, & administratione bonorum: ergo ratione huius possessionis, & administrationis debita illi debent solui, & obsequia præstari. Illud vero est omnino certum, debitores, etsi à die commissi criminis eximantur ab obligatione soluendi hereticis debita, & vasallos à debito fidelitatis: non tamen ita esse exemptos, ut debita, & subiectio omnino extinguatur. Succedit namque fisco in credito, & in dominio, si alij vocati non sint. Abbas ad c. fin. de hereticis. Socin. ibi, numer. 1. Ioann. de Anania, num. 2. & 3. Farinacius de heresi, questione 189. numero 68.



CAPVT XXVII.

Circa Corporales pœnas hereticorum.

DVBIVM CXXXII.

Abiurauit quis hæresim, primo, postea vero incidit in illius vehementem suspensionem: tunc fictione iuris dicitur ne relapsus seculi Curia?



⁵⁷³ *A*SSOLET imponi heretico pœna carceris, exilij, tritremis verberum, & mortis. Verum pœnam carceris, carceris sæpe hereticis pœnitentibus imponi posse, & de falsis, non minus dubium, *Cap. Excommunicamus, el. 2. de hereticis*. Quam pœnam perpetui carceris hereticis debitam potest Episcopus cum Inquisitoribus mitigare, & ad tempus tantum imponere. Post condemnationem vero rei mitigatio pœnæ in Hispania penes solum Dominum Inquisitorem generalem refidet. Pœnam fustigationis, exilij, tritremis pœnitenti heretico imponi testatur. Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 42. num. 5. & 11. Farinacius de heresi, questione 193. à numer. 85*. Credo tamen in Hispania fustigationis pœnam, vel tritremis non imponi nisi hereticis, qui tardissimi, durique fuere ad conuersionem. Pœna mortis heretico impœnitenti, ac pertinaci imponitur, *Cap. Ad abolendam, de hereticis*. Et heretico fictione iuris impœnitenti, scilicet qui legitimis testibus conuictus, negat hæresim commississe. Et diminute confitenti. Et qui in iudicio manifestat errores, & postmodum negat. Et relapsus in hæresim. Dicitur quidem relapsus, qui de primo lapsus non fuit plene conuictus, sed de vehementi abiurauit. Quæstio igitur, his præmissis, vertitur, num quando primo quis abiurauit

rauit hæresim, postea vero incidit in vehemen-
tem illius suspensionem fictione iuris relapsus
dicatur Curie seculari tradendus?

174 Non dicitur relapsus. Quia in cap. *Accusa-*
Non dicitur, fictione iuris, & non proprie reputatur
relapsus hæreticus, qui abiurata hæresi, de qua fuit ple-
Curia sacre ne conuictus, iterum in ipsius vehementem
lari traditur incidit suspensionem. Cum ergo nihil statnatur
de illo, qui prius vehementer suspectus fuit, &
postea in manifestam incidit hæresim, non de-
bemus illi relapsorum poenam applicare; quia
penæ non sunt extendendæ. Sic Rojas tract.
de hæretic. part. 2. num. 33; ex textu in cap. *Lite-*
ras, de presump. Vbi post factam confessionem
& abiurata hæresim, quam de se, & fratre
suo confessus quis fuerat, postea hæresim fra-
tris negavit: ob cuius negationem tanquam
suspectus de hæresi condemnatur, & non tan-
quam hæreticus relapsus. Et Farinacius de hæ-
resi, questione 195. numero 18. testatur ita serua-
ti in praxi ab Italianis Inquisitoribus.

175 Relapsus dicitur, unde ei relapsus poena im-
poni potest. Quia ut quis fictione iuris rela-
plus reputetur, sufficit, si de vno lapsu plenè,
& indubitabiliter confiteretur, & de alia suspicio-
ne vehementi. Quod autem lapsus præsum-
ptus antecederet, vel subsequatur lapsum certum
accidentarium esse videtur, leuissimæ considera-
tionis. Ita Menoch. confil. 82. numer. 148. lib. 1.
Alphonf. à Castro de instabaret. puni. lib. 2. cap.
2. Sanchez tractat. de hæresi. cap. 16. num. 3. Bur-
fat. Confil. 7. num. 15. lib. 1. Farinacius ubi supra
numero 17.

176 Hæreticis fauendum non est. Unde longe
probabilius existimo poenam relapsi illi impos-
ni posse. Nam in cap. *Accusatus* gratis concedo
solum haberi esse fictione iuris relapsum, qui
post vehementem hæresim abiurata suspensionem
in illam incidit manifeste. At inde proba-
bilissime colligo, idem esse dicendum, siue
suspicio antecederet, siue subsequatur lapsum
manifestum. Neque obstat textus in cap. *Lite-*
ras. Quia ibi solum dicitur, confessionem fuisse
hæresim sui, & fratris, quam confessionem po-
stea reuocauit: ad cuius reuocationem, &
priorem confessionem factam suspectus vehe-
menter de hæresi fuit: non tamen ibi di-
citur, prius hæresim abiurasse, & postea
in vehementem suspensionem incidisse.

D V B I V M CXXXIII.

An requiratur quem labi in hæresim
prius abiuratum, ut relapsorum poe-
na afficiatur, casu quo abiurans hæ-
resim, in quam incidit, omnes si-
mul hæreses generatim non abiur-
auit?

177 Si cum priorem hæresim, in quam quis in-
cidit, abiurauit, simul etiam generaliter om-
nes abiurauit hæreses, ut mos est, nemini po-
test esse dubium, uti relapsum condemnandum
esse. Quia ita habetur in Cap. *Accusatus*, §. eum
vero de hæreticis 6. Verum si solum hæresim,
in quam incidit, abiurauit, & postea in aliam
diuersam relabatur, dubitatur, an sit relapso-

rum poena afficiendus, vel requiratur, eum in
eandem hæresim abiuratum recidere?

Requiritur equidem. Quia nec ratione cri-
minis, cum diuersum sit, neque ratione abiura-
tionis potest dici relabi. Et fauet textus in cap. *Accu-*
satus, ubi expresse postulat abiurationem
generalis totius hæresis, ut quis relapsus cen-
seatur, ibi: Et postmodum hæresim generaliter ab-
iurauit. Sic Gloss. Ioann. Andr. ibi, numero octauo
& nono. Repertorium Inquisit. verb. *Relapsus*,
versicul. 3. Eymeric. parte secunda, Director. que-
stione quadragesima, numero quinto, Pegna com-
ment. 65. Menoch. confil. 82. numero 156. libro
primo, Suarius de fide, disputatione 83. section. 2.
numero 8.

Non requiritur. Quia abiurans quamlibet
hæresim tacite omnes hæreses abiurat: abiurat
enim recessum à diuina reuelatione per Eccle-
siam proposita, quæ in omni hæresi includitur:
promittitque tacite se ab ecclesia non recessu-
rum: ergo ex hac præcisâ abiuratione, si in hæ-
resim labatur, censendus est relabi. Ita Ioann.
Monach. Archidiacon. Geminian. Francus ad
cap. *Accusatus* Mandos. in addit. ad Rupert. ver.
Relapsus, versicul. 3. littera B. Humbert. Locat.
in iudicial. Inquisit. verb. *Relapsus*, numer. 6. Pegna
citatus, dicit, hanc opinionem prævalere. De-
cian. tractat. crimin. lib. 5. cap. 56. num. 2. Castro
Palao tract. 4. de fide, disp. 6. punct. 2. numero 12.
& alij.

Hanc opinionem probabiliorē esse reor.
Limitandam tamen doctrinam indicarim in
casu, quo prius de hæresi vehementer suspe-
ctus quis abiurauit, & postea in diuersam hæ-
resim speciem lapsus fuit; quia in hoc casu etiā
abiuratio prior generalis fuerit, non debet
censeri relapsus per Cap. *Accusatus*, ibi: Si po-
stea deliquit in ipsa: quasi diceret, si in ipsa hæ-
resi deliquit, quam prius de vehemēti abiur-
auit: sed si in alia diuersa. Farinacius 9. 195.
num. 46. Secundò limitanda est, ut intelligatur,
si post abiurationem hæresis incidit in aliam
diuersam; sed si post hæresis purgationem;
quia abiurans vnā hæresim, omnes abiurat:
at purgans se ab vnus hæresis infamatione,
non ab omnibus se purgavit: quapropter ut re-
lapsus condemnari potest, qui solum vnā hæ-
resim abiurauit, si in aliam diuersam labatur:
non tamen si se ab vna purgavit, & in aliam
incidit. Pegna Director. part. 3. rubr. de secundo
modo finiendi processum, comment. 38. numer. 150.
Farinacius questio. 195. numero 301. Paramo de
orig. Sandt. Inquisit. lib. 3. qu. 4. titulo de expeditio-
ne processus in causa fidei.

D V B I V M CXXXIV.

An Hæresiarcha, & Dogmatista sine ulla miseri-
cordia tradendi sint seculari brachio, cum
signa exhibent conuer-
sionis?

Hæresiarcha, ac dogmatista sunt, non so-
lum qui errores inuenere, & confinxere: sed etiam
qui iam inuentos, & confictos quasi
ex officio, & consuetudine aliis publicè, vel
occultè prædicarunt. Quia ratione huius affi-
duæ prædicationis verè sunt Magistri erroris,
Capo.

578

Requiritur
equidem.

579

Non requi-
ritur.

580

Præbabito-
re hanc sen-
tentiam esse
reor.

581

Quia sint
Hæresiar-
cha.

Cap. Qui aliorum 24. questione 3. ibi: Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. Unde qui Magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est. Albertin. tractat. de agnosc. assert. question. 30. num. 60. Suarius de fide. disp. 23. sect. 2. num. 11. Farinacius alios referens de hæresi, quest. 178. num. 5. Notanter dixi, hæresiarchas vocari, qui alios pervertere conantur quasi ex officio, & consuetudine, ut excluderem eos, qui consanguineos suos pervertunt, aut unum, vel alterum priuatum, hi enim non proprie hæresiarchæ, vel dogmatistæ dicuntur. Suario annotante, num. 11. Quæstio igitur, an hæresiarchæ sint Curia seculari sine ulla misericordiae tradendi: quantumvis signa conuersionis exhibeant?

582
Hi sine misericordiae tradendi supplicio.

Tradendi quidem sunt. Quia variis legibus hac poena hi heretici afficiuntur, leg. Et, qui seruum. Codice de Apostatis, leg. Quicumque. Codice de hereticis, leg. fin. Cod. de Iudæis. leg. 2. Cod. Ne Sacrum Baptisma. Quibus legibus standum est, cum in iure Canonico contrarium non sit dispositum; non enim inusitatum est, in poenis imponendis ius Canonicum per civile supplere. Porro licet in Canonico iure sit cautum, ut heretici penitentes ad reconciliationem admittantur: hoc debet intelligi de hereticis communiter accidentibus, non de hereticis qualificatis, & à communi modo peccandi exorbitantibus. Hi enim haud communi sunt regula metiendi. Quia plura concernunt delicta, & circumstantias in suis peccatis: ob quæ lex simpliciter loquens in illis locum habere non debet. Sic Simanc. de Cathol. institut. titul. 47. num. 50. Repertorium Inquisitorum verb. Docere Rojas tractat. de hereticis, part. 2. numero 339. assert. 43. Suarius de fide, d. 23. sect. 2. num. 9. Approbat Pegna citandus huius sententiæ probabilitatem.

Hæresiarchæ, & dogmatistæ, si veræ penitentiae signa exponant, admitti sunt ad reconciliationem, nec brachio seculari tradendi. Quia nullus est textus in iure Canonico hanc poenam illis indicens, potius in Cap. Ad abolendam, contrarium non leuiter insinuat. Aequat enim Pontifex eos, qui docent, iis, qui credunt hæreses, ibi: Aliter sentire, aut docere non metunt. Et de omnibus subiungit, ad misericordiam recipi posse, si publice consenserint abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Profecto Berengarius, quem constat hæresiarcham fuisse, conuerti volens, ad Ecclesiæ gremium fuit receptus Cap. Ego Berengarius, de consecr. dist. 2. Et de Cazalla, qui fuit hæresiarcha in signis, testatur Cantera citandus, seculari brachio fuisse ex particulari Sedis Apostolicæ Breni relaxatum, alias non relaxandum. Ita ex Concilio Biterrensi, & Tarracoenfi Pegna part. 2. Director. comment. 64. vers. An ante. Eymer. part. 3. de octauo modo termin. proces. num. 108. Decian. lib. 5. tract. crimin. cap. 54. numero 47. Cantara questionum crimin. rubric. de hereticis capite primo, numero septimo, Castro Palao tractat. 4. de fide, disputatione sexta, punct. 2. numero 17.

583
Hanc sentendo, Nam præter quam quod ei ius fauere

non dubito, non deest congrua ratio in eius fauorem. Hæresiarcha enim conuersus, & alios facilius conuertere, & conuersos in fide poterit confirmare. Neque obstat legibus Imperatoris cauere ultimo supplicio afficiendos esse aliorum perueriores. lege ultima Codice de Iudæis, lege penultima Codice de Apostat. Quia si aliquid probarent, ex illis inferendum esset, quemlibet alterius perueriores, & si vnus esset tantum, ultimo supplicio esse afficiendum. Et quia leges hæc locum non habent in hoc crimine, quod mere Ecclesiasticum est, nisi quando heretici ex foro Ecclesiæ pelluntur, & seculari Tribunali traduntur indicandi. Debent tamen Inquisitores, in hæresiarchis admittendis prudentissimè, ac vigilantissimè procedere, ne sub pelle ouina lupus regatur, & simulata penitentia simplices decipiant, cap. Ut officium de heret. in 6. ibi: Prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos, imo se ipsos fallentes, sub agni specie lupum gerant.

DVBIUM CXXXV.

Heretici penitentes tardè tamen conuersi, debentne ad reconciliationem admitti?

Admitti non debent. Quia cap. Ad abolendam, de hereticis in 6. præscribitur, solum deberi eum qui continuo, & confessim, postquam fuerit deprehensus: ad fidem redierit, admitti ad misericordiam: sed is, qui post receptas probationes, ac testium publicationes, & repetitas monitiones redit, dici non potest continuo, & confessim redire: ergo non est ad reconciliationem admittendus. Sic Docti Canonistæ probabiliterne, quod iudicio exponam.

Si ante sententiam, etiam post receptas probationes, & testium publicationem conuertantur, ad reconciliationem, & misericordiam sunt admittendi. Quia cap. Excommunicamus, el. 2. §. Si qui, de hereticis. haud obicere id colligitur omnium inquisitorum fauente consuetudine. Ita Arnold. Albert. in repetit. capite 1. de hereticis in sext. questione duodecima, num. quinto.

Non existimo omnino improbabiler Canonistas illos fuisse loquutos, cum sententiam protulere, forte enim tunc Inquisitionis vius ferebat. At nunc communiorem esse sententiam sequendam vnice existimo, illum esse ad misericordiam recipiendum, quod ab Inquisitoribus vbique exeri video. Neque obstat Cap. Ad abolendam, quia si intra tempus, quo condemnari potest, redierit, continuo, ac confessim redire censetur. Et faciunt ea, quæ Menochius de arbit. casu 89. 10. & 11. gloss. §. ultimum. Institut. de inutilib. stipulat. & Eymeric. part. 3. qu. 98. tradunt. Porro si post latam sententiam conuertatur, credo, regulariter admittendum non esse: quod satis indicatur in cap. Excommunicamus, 1. & 2. de hereticis, ubi damnati brachio seculari relinquuntur debita animaduersione puniendi: Ergo post damnationem iam functus est Iudex Ecclesiasticus officio suo. Itē quia

quia traditus Curie seculari, ad misericordiam non admittitur, sed nullus damnatur ut impenitens, qui seculari Curie non tradatur per ipsam condemnationem: ergo facta condemnatione, non est iam remissioni locus. Farinacius *quest. 193. num. 58. & 59.* citans multos. Dixi regulariter, nam in aliquo casu raro quidem, in quo magna vere conversionis reus indicia ostenderet, & de quo fructus posset sperari, ab Inquisitoribus ex æquitate ad misericordiam admitti posset.

DUBIUM CXXXVI.

Quis eductus ex carcere, & in tabularum exhibitus sententiam auditurus convertitur: recipiendūne est ad misericordiam?

⁵⁸⁷ *Admittitur non.* Non est admittendus. Quia respectu huius iam est sententia prolata, illicque manifestata, etsi promulgata non sit: ergo eius conversio sic post condemnationem: igitur non vera debet censerī. sed ad vitandam poenam, ac proinde nec recipienda. Sic Pegna *parte secunda. Director. comment. 36. vers. Postquam*, asserens ita in quadam Madriliana instructione caueri.

⁵⁸⁸ *Admittitur non.* Admittendus est. Quia videtur id pietati, ac misericordie Ecclesie convenire. Ita Decian. *tractat. crimin. libr. 5. cap. 39. num. 3.* Farinacius *de heresi. quest. 193. & 60.* Palao *tractat. 4. de fide. disputat. 6. punct. 2. numero 10.* asserens idem docuisse Pegnam *parte tertia. Director. commentario quadragesimo secundo, num. 175.*

⁵⁸⁹ *Admittitur non.* Ego quidem existimo, si in aliquo casu Doctoribus mini Inquisitores viderint, specialissima conversionis signa, posse reum huiusmodi ad reconciliationem admittere in pietatis Sanctissimi Tribunalis documentum.

DUBIUM CXXXVII.

Violans poenitentias ab Inquisitoribus iniunctas, nempe fugiens ex carcere, habitum poenitentialem non deferens, non ieiunans, &c. debetne vti relapsus condemnari?

⁵⁹⁰ *Admittitur non.* Assolent, Inquisitores, consuetudine iam recepta, hereticos poenitentes in signum conversionis, ac detestationis erroris, imperare ut parenter supra vestes portent accum quendam crucibus crocei coloris rubricatum. Porro si ij heretici hunc habitum occultaverint, aut abiecerint, vel alias poenitentias iniunctas omiserint, possunt Inquisitores adversus eos procedere tanquam de heresi suspectos. Quia non leuem suspicionem ingerunt, conversionem antecedentem fictam fuisse, & errores haud ex animo detestari, siquidem eorum satisfactionem parvi pendunt, & omittunt. Farinacius *de heresi. quest. 193. num. 123.* Pegna

part. 3. Director. comment. 146. circa principium. Simanc. *de Cathol. institut. titul. 48. num. 29. & 30.* Quæsierim igitur, quæ poena puniendi sint hi heretici, scilicet de carcere fugiens, habitum poenitentialem non deferens, non ieiunans, &c. num. debeant vti relapsi condemnari?

Debent quidem condemnari ut relapsi, & Curia seculari tradi. Quia omittens sine causa poenitentiam sibi iniunctam exequi, præsumitur, fecte fuisse conversum, & in pristino errore persistere: ergo ut relapsus damnari poterit in errorem enim iam reprobatum relabi præsumitur. Sic Eymeric. *Director. part. 3. quest. 97. sine.* Decian. *tractat. crimin. libr. 5. cap. 56. numer. 4.* Campeg. *in addit. litter. C. verb. Detrusum.* Zanch. *tractat. de heretic. cap. 10. num. 4.* Humbert. *Locat. in iudicia. Inquisit. verb. Carcer. num. 16.* Calderin. *tractat. de heretic. rubric. de heretic. contum. numero primo, & secundo.*

Non debent vti relapsi condemnari. Quia violare poenitentias iniunctas non est signum à iure statutum approbationis erroris. Ergo non debet quis ob huiusmodi violationem, vti relapsus condemnari. Consequentiam probō, quia non permittitur Iudicibus condemnare, ut relapsus, quem iura relapsus non iudicant. Ita Simanc. *de Cathol. institut. titul. 16. rubric. de custod. reor. num. 14.* Pegna *part. 3. Director. quest. 97. comment. 146.* Rojas *tractat. de heretic. part. 2. assert. 41. num. 35.* Hippol. *Riminal. consil. 150. per totum.* Farinac. *quest. 193. num. 136.* Zechi. *summ. parte prima, titulo de fide, rubric. de heresi, capite 11. numero 18.* & alij apud ipsos.

Vtius reputo, violentem poenitentias iniunctas, non relapsus, sed impenitentem esse: & contra eum tanquam contra impenitentem procedi posse, dum ipso persistit statu; & si cum impenitens, si à contumacia recedit, & misericordiam implorat, admittitur, & nullo modo brachio seculari traditur: sic cum hoc impenitente esse gerendum. Debet tamen pro crimine poenitentia violata absque causa arbitrio Inquisitorum puniri, vel pecuniaria poena, vel fustibus, vel ieiuniis, pensata personæ qualitate, gravitate criminis, & malitia delinquentis.

CAPVT XXVIII.

Circa poenas suspecti de heresi, & heretici filiorum.



HERETICIS affines sunt, qui perpetrant crimen, ob quod de heresi suspecti redduntur. Suspicio hæc est triplex Modica, seu res suspiciōis: Magna, siue vehemens: Maxima, vel Violenta. Levis suspicio est, quæ ex leuibus indicis, & coniecturis oritur. Vnde si frequenter quis peierat, & vitam degit depravatam, si Sacramenta pravo in statu, aut sine iurisdictione, & potestate ministrat, aut bis Sacramentum, non repetendum init, secundas nuptias viuente coniuge priori contrahit, si

⁵⁹¹ *Debent, ut relapsi condemnari.*

⁵⁹² *Non debent.*

⁵⁹³ *Hoc mihi verius.*

⁵⁹⁴ *Triplex esse de heresi suspiciōis, præmitto.*